

Qui ad probationem fame possint et debeant de iure admitti.

- l. si mater<sup>59</sup>. VIIa, quia, dum se hominem male fame et condicionis constituit, se ipsum sua bona fama privavit et fuit sibi ipsi crudelis, cumque is<sup>e</sup> crudelis possit merito iudicari, qui suam famam negligit et prodigus sue salutis existit, ut Extra de purgatione canonica c. II.<sup>60</sup> et XI.  
5 2. III. c. non sunt<sup>61</sup>, Extra de accusationibus c. ult.<sup>62</sup> et C.<sup>63</sup> de his qui potentiorum nomine l. I. in fine<sup>64</sup> et C. ut intra certum tempus criminalis questio l. II.<sup>64</sup>, unde et alterius hominis salutis et fame presumendus erit et habendus prodigus et crudelis, quoniam, qui sibi parcere non curavit, multo minus parcere aliis voluisse credendum est, ut ff. de bonis  
10 eorum, qui mortem sibi consciverunt l. fin. § videri autem, ibi: 'qui enim<sup>5</sup> sibi' etc.<sup>65</sup> et ff. de edilitio edicto l. cum autem §<sup>5</sup> malus servus<sup>66</sup>. Octava<sup>7</sup>, quia ad inquisitionem et veritatem habendam de aliquo plurimum operatur et intuendum est, cuius opinionis et estimationis in civitate sit quisque et habeatur, ut<sup>9</sup> arg. ff. de fundo instructo et instrumento  
15 legato l. cum de lanionis § asinam in fine<sup>67</sup> et ff. de questionibus l. de minore § plurimum quoque<sup>68</sup> et ff. de re militari l. non omnes § a barbaris<sup>69</sup>.

**Qui ad probationem fame possint et debeant de iure admitti.  
Rubrica.**

- 20 Nunc videndum est, qui ad fame probationem contra aliquem faciendam possint et debeant de iure admitti. [1] *Et quidem videtur, quod possint de iure admitti et eorum depositiones debeant de iure valere, qui odiosi et inimici non sunt illi, adversus quem producuntur, immo videtur generaliter, quod omnes admittendi sint et recipiendi, qui edicto de*  
25 *testibus specialiter non inveniuntur prohibiti, ut ff. de testibus l. I.<sup>1</sup>, sicut et dicitur de procuratore, <sup>a</sup>ut ff. de testibus l. I. et ff. de procuratoribus<sup>a</sup> l. mutus § I.<sup>2</sup> Debent ergo et possunt ad fame probationem admitti viri providi et honesti et qui omni sunt exceptione maiores, ut Extra de accusationibus c. qualiter et quando <sup>3</sup>. Unde antiqui homines<sup>b</sup>,*

30 § 5. ε) S, 'hiis' A. ε') S, 'ff.' A. ζ—ζ) 'et qui data' A, 'et quidam' S. ζ') S, om. A. η) S, 'otavo' A. θ) S, 'et' A.

§ 1. a—a) A<sup>marg</sup> S, om. A. b) A<sup>corr</sup> S, om. A.

§ 5. <sup>59</sup>) C. 7, 21, 6. <sup>60</sup>) Greg. 2, 34, 2. <sup>61</sup>) Grat. II 11, 3, 56. <sup>62</sup>) Greg. 5, 1, 27. <sup>63</sup>) C. 2, 14, 1, 4. <sup>64</sup>) C. 9, 44, 2. <sup>65</sup>) D. 48, 21, 3, 6! <sup>66</sup>) D. 35 21, 1, 23, 3. <sup>67</sup>) D. 33, 7, 18, 3! <sup>68</sup>) D. 48, 18, 10, 5. <sup>69</sup>) D. 49, 16, 5, 6.  
§ 1. <sup>1</sup>) D. 22, 5, 1. <sup>2</sup>) D. 3, 3, 43, 1. <sup>3</sup>) Greg. 5, 1, 24.

gravis<sup>e</sup> necnon honeste et bone fame et opinionis, sunt ad tale testimonium admittendi, ut ff. de legatis II. l. cum pater § rogo et l. cum quidam<sup>4</sup>, Extra de testibus c. licet ex quadam<sup>5</sup>, quod videtur posse ea ratione procedere, quia huius condicionis hominibus maior fides in dubiis adhibetur, ut ff. de testibus l. III. § ideoque<sup>d</sup> divus<sup>e</sup> et ff. de fide instructorum<sup>e</sup> l. fin.<sup>7</sup>. [2] Unde, si queratur, qualiter fama probari possit, dici potest et videtur, quod totiens fama dicitur probari, quotiens aut testes omni exceptione maiores deponunt et dicunt, quod publice dicitur in civitate, villa vel loco id, de quo queritur, taliter processisse aut ita factum fuisse, ut dicitur, ut arg. dicti<sup>1</sup> § asina ff. de fundo instructo<sup>10</sup> l. cum de lanionis et arg. ff. de fluminibus et ne quid in flumine<sup>a</sup> publico l. I. § I.<sup>2</sup>. Sed si queratur, numquid fama per supradictos testes eo modo probata adeo plenam probationem adducat, ut ex ea sola possit ad diffinitivam procedi sententiam, respondeo, distinguendum videtur, an de civili an de criminali causa queratur; quia in criminali causa, licet sola<sup>15</sup> fame probatio, que processit ex legitimo tempore, loco<sup>b</sup> et personis<sup>b</sup> omni exceptione maioribus, indicium et presumptionem inducat, ut possit procedi secundum opiniones quorundam ad questiones, ut dicitur infra de questionibus et tormentis<sup>3</sup>, tamen per eam solam non poterit quis diffinitive damnari, quia ex suspicionibus nemo est diffinitive damnandus,<sup>2</sup> ut ff. de penis l. absentem<sup>4</sup> et ff. de ventre in possessionem mittendo l. I.<sup>4'</sup>, quia in criminalibus, dum de hominis salute tractatur, debent probationes esse lucide et aperte, ut C. de probationibus l. ult.<sup>5</sup>. Et bene posui et dixi, quod per eam talem famam solam potest ad questiones procedi, quia talis fame probatio<sup>c</sup> presumptionem facit<sup>d</sup> et dicitur esse quoddam verisimile argumentum, ut Extra de purgatione canonica c. si quis de gradu<sup>6</sup> et arg. Extra de restitutione spoliatorum c. sollicit<sup>e</sup> et ff. de supellectile legata l. III. in fine<sup>8</sup>. Verum si de civili causa tractetur, tunc, licet due semiplene probationes — sicut est dictum unius testis et fama communis, ut ff. de dote prelegata l. Theopompus<sup>9</sup> —

§ 1. c) 'graves' S Greg. d) 'idemque' A, 'idem' S. e—e) 'fundo ('fid A<sup>corr</sup>) instructo' AS. § 2. a) 'loco' AS. b—b) S, 'comparationis' A (z. verbessert). c—c) 'fama probationem' A, 'et' add. A<sup>corr</sup>, vgl. Rub. de quest. § 3 d) S, om. A, 'faciat probabilem et discretam' A<sup>corr</sup>. e) S, 'infra unus' A.

§ 1. <sup>4)</sup> D. 31, 1. 77, 25. l. 24. <sup>5)</sup> Greg. 2, 20, 47. <sup>6)</sup> D. 22, 5, 3, 7) D. 22, 4, 6. § 2. <sup>1)</sup> D. 33, 7, 18, 3! (vgl. oben Anm. 67). <sup>2)</sup> D. 43, 12 <sup>3)</sup> § 35. <sup>4)</sup> D. 48, 19, 5. <sup>4')</sup> D. 37, 9, 1. <sup>5)</sup> C. 4, 19, 25. <sup>6)</sup> Greg. 5, 34 7) Greg. 2, 13, 2. <sup>8)</sup> D. 33, 10, 3, 5. <sup>9)</sup> D. 33, 4, 14.



Qui ad probationem fame possint et debeant de iure admitti.

unam plenam probationem adducant, ut possit diffinitiva formari sententia, ut C.<sup>f</sup> de probationibus l. proprietatis<sup>10</sup> et C. de rebus creditis et iure iurando l. in bone fidei<sup>11</sup> et ff. de testibus l. III. § eiusdem quoque<sup>12</sup>, tamen sola fama, que semiplena probatio in hac causa censetur, 5 regulariter hoc non poterit operari, quia ex una semiplena probatione non est regulariter sententia diffinitiva ferenda vel formanda, ut arg. C. de iudiciis l. iudices<sup>13</sup> et in aut. de fide instrumentorum § pen.<sup>14</sup> 'Regulariter' autem dictum est, quia contingit interdum, quod fama sola parit et producit probationem ita, quod ea sola probata potest diffinitiva 10 proferri sententia, quod in omnibus solet accidere<sup>g</sup>, que ex tempore antiquo et loco remoto procedunt. Unde probari per testes, quod Bulgarum<sup>h</sup> mortuum viderunt, non<sup>i</sup> tam difficile quam forsitan impossibile videtur<sup>15</sup>, <sup>k</sup>et ideo<sup>k</sup> in tali casu debet ad fame probationem decurri. Satis enim sufficere dicitur, si testes aliqui dicant, quod eum esse mortuum 15 fama sit in civitate sua, ut eius possit tamquam mortui hereditas apprehendi, ut arg. C.<sup>1</sup> de captivis et postliminio reversis l. nec nos preterit<sup>16</sup> et C. soluto matrimonio l. si quidem<sup>m</sup><sup>17</sup>. Idem etiam dicendum videtur, et si de loco remoto queratur, ut aliquem esse trans mare defunctum; nam satis est probare eum esse mortuum, si hoc vulgi dicat opinio, ut 20 arg. ff. de suppellectile legata l. III. infine<sup>18</sup> et ff. quando actio de peculio est annalis l. I. § quesitum<sup>19</sup> et arg. ff. de officio pretorum<sup>n</sup> l. Barbarius<sup>20</sup> et C. ne de statu defunctorum post quinquennium l. si pater<sup>21</sup>. Et ut breviter loquar, multi sunt casus speciales, quibus plena probatio sumitur et habeatur per solam legitimam probationem de fama 25 publica et opinione communi sine aliquo adiuncto, qui casus istis legibus denotantur: ff. de fluminibus l. I.<sup>o</sup> § perenne<sup>22</sup>, Extra de testibus c. preterea<sup>23</sup>, ff. de testibus l. III. § alias numerus<sup>24</sup>, ff. de p*ro* in litem<sup>p</sup> iurando l. vulgo<sup>24'</sup>, ff. de fundo instructo et instrumento legato l. cum de lanionis § asinam<sup>25</sup>, ff. de usucapionibus l. non solum § I<sup>26</sup>, ff. de heredibus

30 § 2. f) A<sup>corr</sup>, 'ff.' AS. g) 'accedere' A, 'procedere' S. h) A<sup>corr</sup> E<sup>3</sup>, 'bullatum' AS, om. E<sup>1</sup> E<sup>2</sup>, 'vulgarem' M. i) N, 'nam' AS, om. E<sup>3</sup>. k—k) A<sup>corr</sup>, 'adeo' A, 'ideo' S. l) 'ff.' AS. m) 'et ibi notat Accursius' add. A<sup>corr</sup>. n) 'pre. pre.' A, 'pre. pretorum' A<sup>corr</sup>, 'presidis' S. o) 'III.' AS. p—p) 'iure' AS.

§ 2. <sup>10</sup>) C. 4, 19, 4. <sup>11</sup>) C. 4, 1, 3. <sup>12</sup>) D. 22, 5, 3, 2. <sup>13</sup>) C. 3, 1, 9. 35 <sup>14</sup>) N. 73, 8. <sup>15</sup>) Schulbeispiel, s. Savigny §, 96 ff; hier aus Accursius zu C. 5, 18, 5 v. 'functa' geschöpft. <sup>16</sup>) C. 8, 50, 4. <sup>17</sup>) C. 5, 18, 5. <sup>18</sup>) D. 33, 10, 3, 5. <sup>19</sup>) D. 15, 2, 1, 10. <sup>20</sup>) D. 1, 14, 3. <sup>21</sup>) C. 7, 21, 7. <sup>22</sup>) D. 43, 12, 1, 2. <sup>23</sup>) Greg. 2, 20, 27. <sup>24</sup>) D. 22, 5, 3, 2. <sup>24')</sup> D. 12, 3, 7. <sup>25</sup>) D. 33, 7, 18, 3. <sup>26</sup>) D. 41, 3, 33, 1.

instituendis l. Pactumeius<sup>27</sup>, ff. quis ordo in bonorum possessione servetur l. II.<sup>28</sup>, C. de repudiis aut. ibi posita<sup>29</sup>. Sed contra hoc videtur, quod fama non probet, C. de officio rectoris provincie l. iustissimos<sup>30</sup>. Sed respondeo, quod ibi fama vera non erat et ideo ibi poterat probari contrarium; sed in legibus supra allegatis non poterat probari contrarium.<sup>5</sup> Dominus autem Martinus de Fano dicebat<sup>31</sup>, quod semper fama probat per se solam, donec contrarium fuerit probatum, et quod dicitur ff. de testibus l. III, ibi: 'alias veluti consentiens fama' etc.<sup>32</sup>, dic: 'alias', id est 'aliquando' in specialibus casibus, 'consentiens fama': cum assertione partis probat etc., et de hoc etiam notat Accursius in dicto<sup>10</sup> § asinam et C. de testamentis l. I. et Inst. eod. tit. § testes<sup>33</sup>. Qualiter autem probetur ista talis fama et per quot testes et super quo debeant concordare, dixi supra in tractatu de inquisitionibus<sup>34</sup>. [3] *Sed<sup>a</sup> si testis<sup>b</sup> super pluribus articulis interrogatus, dixerit, se nihil scire, super aliquibus<sup>c</sup> vero deponat et probet*, in fine autem dicti sui deponat inter-<sup>15</sup> rogatus et dicat, quod de omnibus supradictis est publica vox et fama? Hic dicunt quidam, quod dictum<sup>d</sup> huius testis est restringendum tantum ad illos articulos, super quibus deposuit, et non ad illos, super quibus dixit, se nihil scire. Alii, ut dominus Guillelmus Durantis<sup>1</sup>, dicunt, et melius, quod debet referri ad omnia in omnibus articulis contenta, quia,<sup>20</sup> cum ponens de omnibus ponat sive asserat, testis iste de omnibus intelligitur respondisse; bene enim potest esse, quod testis aliquid nescit, tamen cum dicit<sup>e</sup> et deponit, quod de omnibus predictis est publica vox et fama<sup>e</sup>, <sup>f</sup>dicit et<sup>f</sup> deponit de scientia et non de credulitate. Equum tamen est, quod<sup>g</sup> testis in hoc dubio requiratur, quod ipse debeat dictum<sup>25</sup> suum declarare, et ita verum esse scribit dictus dominus Guillelmus Durantis in speculo iuris civilis et canonici, quod opus valde approbatur.

§ 3. a) 'quid' ins. S. b) S, 'testes' A. c) A<sup>corr</sup> S, 'quibus' A. d) A<sup>corr</sup> S, om. A. e—e) A<sup>corr</sup> S, om. A. f—f) 'et' A, om. S. g) S, 'si' ins. A, 'si' Durantis.

§ 2. <sup>27</sup>) D. 28, 5, 93. <sup>28</sup>) D. 38, 15, 2. <sup>29</sup>) N. 117, 9 ad C. 5, 17, 8. <sup>30</sup>) C. 1, 40, 3. <sup>31</sup>) Nicht in den gedruckten Schriften, vermutlich in einer Rep. zu der folgenden Lex. <sup>32</sup>) D. 22, 5, 3, 2; ergänze: 'confirmat rei de qua quaeritur fidem'. <sup>33</sup>) D. 33, 7, 18, 3! v. 'presumptione'; C. 6, 23, 1 v. 'usque adhuc'; I. 2, 10, 6 v. 'signaretur'. <sup>34</sup>) Rub. Quom. de mal. cogn. per inquis. §§ 7, 8. § 3. <sup>1</sup>) Speculum lib. III R. de notoriis criminibus v. 'fama' § 6. <sup>35</sup>